Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8135
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



q̄ nulla sibi inest alia uoluntas nisi
dei q̄ nil uelle aliud possit. nisi qd̄ deus
uult. Ideo que uolunt obtinere possunt
Etenim quecumq; uolunt et deus et uult et
adimplet. Nemo quippe nr̄m suis frau-
datur desideriis q̄r nil preter deū aliq̄s
nr̄m optat quoniam uero semp̄ ut uo-
lumus deū habemus. nostra semp̄ desideria
sunt plenissime adimpleta. Longa quidem
pater carissime Cyrille uerborum texetur
series Si omnia q̄ gloriosa illa aīa per-
scrutanti patefecit. Scriberē ī hac bre-
uitatis epl̄a. Spero enim q̄ Bethleem
ad tantas reliquias uisitandū ueniam
Non post multos annorum circulos ubi
tunc que audiui et in scriptis tradidi
uidebis perspicaciter. pluribus itaq; hor̄
illa gloriosissima aīa ibidem mecum
agens trinitatis sanctissime unitatē
et unitatis trinitatē. filij a prē gene-
racionem Spūs sti a prē et filio processionem
Angelicas hierarchias et ordines et
eorūdē beatorum spirituū misteria. Beatarum
etiam aīarum felicia et alia utilia et gra-
uia humanis intellectibus q̄ subtiliter
q̄ euidenter. q̄ mirabiliter mihi patefecit
auido. si omnium hominum linguis loquerer
non explicarē sermone. Deinde a meis oculis

64